

Universitätsbibliothek Wuppertal

P. Vergili Maronis Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Berolini, 1889

II.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-730)

II.

Aeneas pauca praefatus — 13 de excidio Troiae narrat haec.	Civitas
Discessu Graecorum laeti Troiani foris inveniunt equum ligneum. — 56	144
Sinon captivus suorum se insidias aegre effugisse simulat	198
equumque Minervae de raptu Palladio iratae esse votum.	227
Laocoon, cum fraudem caveri iussisset, serpentium morsu occiditur;	249
equi moles summo civium studio pertrahitur in arcem.	aether
Noctu Graeci redeunt sociosque ex equi utero egressos conveniunt.	317
Aeneas per somnum ab Hectore penates servare iussus surgit;	369
de periculo urbis certior factus manum cogit suorum,	452
quibuscum fortiter ac versute pugnans ad arcem ascendit.	505
ibi clam in regiam succurrit Pyrrhi iam impetu oppugnatam,	558
frustra de tecto pugnat, denique Priamum in atrio interfici videt.	severantur pauci.
Venus Aeneam Helenae mortem minatum ex hostibus deducit domum.	670
Anchises ut fugam cum suis caperet, diu frustra imploratus	729
portentis flectitur et umeris filii in montes asportatur.	770
Creusa miro casu erepta Aeneas reversus perscrutat urbem;	525
ut ab umbra uxoris mortem comperit, ad socios fugae redit.	515

Conticuere omnes intentique ora tenebant.

inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
 infandum, regina, iubes renovare dolorem;
 Troianas ut opes et lamentabile regnum
 eruerint Danaï, quaeque ipse miserrima vidi
 et quorum pars magna fui, quis talia fando
 Myrmidonum Dolopumve aut duri miles Ulixi —
 temperet a lacrimis? et iam nox umida caelo
 praecipitat suadentque cadentia sidera somnos.
 sed si tantus amor casus cognoscere nostros
 et breviter Troiae supremum audire laborem,
 quamquam animus meminisse horret luctuque refugit,
 incipiam.

|| Fracti bello fatisque repulsi

3 post *dolorem* puncto dist. Häckermann ZGW. 1852, 263; Ribb.
 6 *fui* — quis Häck., *fui*, qu. Ribb.

1. *Antiqu. Lat. Diction. (ed. Meyer) 223, 7. paraphrasi*
confrauerunt omnes intenteque ore loquentis
orabantur.

Reut. Theol. II, 175.

ductores
 instar mo
 aedificant
 votum
 luc delect
 includunt
 ingentis u
 Est in
 insula, div
 nunc tant
 luc se pro
 nos abiisse
 ergo omnis
 panduntur
 desertosque
 hic Dolopu
 classibus hi
 pars stupet
 et molem n
 duci intra
 sire dolo se
 at Capys et
 aut pelago
 praecipitare
 aut terebra
 sciunditur in
 Primus
 Laocoon ar
 et procul:
 creditis ave
 dona carere
 aut hoc inc
 aut haec in
 inspectura d
 aut aliquis
 quidquid id
 sic fatus val
 in latus inq
 contorsit. s
 post v.
 37 subiective
 457; cf. Kv.

ductores Danaum tot iam labentibus annis
instar montis equum divina Palladis arte
aedificant sectaque intexunt abiete costas.
votum pro reditu simulant; ea fama vagatur.
huc delecta virum sortiti corpora furtim
includunt caeco lateri penitusque cavernas
ingentis uterumque armato milite complent.

de voce instar N. p. 393
15
abiete

Est in conspectu Tenedos, notissima fama
insula, dives opum, Priami dum regna manebant,
nunc tantum sinus et statio male fida carinis;
huc se propecti deserto in litore condunt.
nos abiisse rati et vento petiisse Mycenae.

20

ergo omnis longo solvit se Teucra luctu.
panduntur portae; iuvat ire et Dorica castra
desertosque videre locos litusque relictum:
'hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles;

l. l. III, 274.
N. 292 90

classibus hic locus, hic acie certare solebant.
pars stupet innuptae donum exitiale Minervae
et molem mirantur equi; primusque Thymoetes
duci intra muros hortatur et arce locari,
sive dolo seu iam Troiae sic fata ferebant.
at Capys et, quorum melior sententia menti,
aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
praecipitare iubent subiectisque urere flammis
aut terebrare cavas uteri et temptare latebras.
scinditur incertum studia in contraria volgus.

25

Primus ibi ante omnis magna comitante caterva
Laocoon ardens summa decurrit ab arce
et procul: 'o miseri, quae tanta insania, cives?

40
L 370.
V, 16.

creditis avectos hostis? aut ulla putatis
dona carere dolis Danaum? sic notus Ulixes?
aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
aut haec in nostros fabricata est machina muros,
inspectura domos venturaque desuper urbi,
aut aliquis latet error; equo ne credite, Teucri,
quidquid id est, fimeo Danaos et dona ferentis.
sic fatus validis ingentem viribus hastam
in latus inque feri curvam compagibus alvum
contorsit. stetit illa tremens, uteroque recusso

45

50

post v. 25 lac. stat. Ribb. 30 *acies* γ²βcmπ; cf. Serv.
37 *subiectivae* Serv. pl. 45 Rbb. *dittoqr. esse* suspic., in ed. mai.
45/7; cf. Kv. 1881, 3. 46 *atque haec* Heyne prop.

ec.
m. — 56
144
tam. 198
itur, 227
249
acrius defenditur.
558
num. 633
670
729
770
dit.
m. d. N. 367
Jorr. d. 7, 131
5
264.
161. 10
it.
263; Ribb.
paraphr
Quarta

insonuere cauae gemitumque dedere cavernae.

et, si fata deum, si mens non laeva fuisset,

impulerat ferro Argolicas foedare latebras, —

Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.

Ecce, manus iuvenem interea post terga revinctum

pastores magno ad regem clamore trahebant

Dardanidae, qui se ignotum venientibus ultro,

hoc ipsum ut strueret Troiamque aperiret Achivis, *I. 645. 60*

obtulerat fidens animi atque in utrumque paratus, *N. 220.*

seu versare dolos seu certae occumbere morti.

undique visendi studio Troiana iuventus

circumfusa ruit certantque inludere capto.

accipe nunc Danaum insidias et crimine ab uno

disce omnis.

* namque ut conspectu in medio turbatus inermis

constitit atque oculis Phrygia agmina circumspexit: *N. 436*

'heu, quae nunc tellūs', inquit 'quae me aequora possunt

accipere? aut quid iam misero mihi denique restat, 70

cui neque apud Danaos usquam locus, et super ipsi

Dardanidae, infensi poenas cum sanguine poscunt?

quo gemitu conversi animi compressus et omnis

impetus. hortamur fari, quo sanguine cretus, *N. 311. of. III. 608.*

quidve ferat; memoret, quae sit fiducia capto. 75

ille haec deposita tandem formidine fatur:

'Cuncta equidem tibi, rex, fuerit quodcumque, fatebor

vera' inquit 'neque me Argolica de gente negabo;

hoc primum; nec, si miserum Fortuna Sinonem

finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. 80

fando aliquid si forte tuas pervenit ad auris

Belidae nomen Palamedis et incluta fama

gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi

insontem infando indicio, quia bella vetabat,

demisere Neci, nunc cassum lumine lugent:

illi me comitem et consanguinitate propinquum

56 stares cod. pr. M, cf. Serv. maneret M², def. H. Kern BphW. 1888, 843. 59 Dardaniae Bähr. 1885, 386; cf. Phaedr. III prol. 28.

62 dolo b Non. 418, 27; cf. Serv. inde seu superare dolo Peerlk.

69 nunc] me Quint. IX 2, 9. 75 quive suat, memores Ribb. memor

.. capto damn. Peerlk. memor et, quae .. coepto: cuncta .. vera

inquit deleto v. 76 Fr. Schöll, Acta soc. phil. Lips. VI 1876, 353.

76 (= III 612) om. Pyb nec habent Mac nisi manu post. additum; secl.

Ribb. 77 fuerint P²c¹m; cf. Henry II 64. quaecumque P²c¹m

86 et] ut Schenkl ap. Kl.

Var. in. V, 389.

N. 408.

N. 433?

ord. v.

VII 525

Stat. Th. II 30

v. 681.

I. 645.

N. 220.

N. 311.

of. III. 608.

quod uia dicitur

Norden 161.

pauper in
dum staba
conciis
gessimus
(haud igno
adfectus v
et casum
nec tacui
si patrios
promisi u
hinc mihi
criminibus
in volgum
nec requi
sed quid
quidve mo
idque aud
hoc Ithaci
Tum
ignari sce
prosequit
saepe tu
moliri et
fecissent
interclusi
praecipue
staret equ
suspensi
mitimus,
"sanguine
cum prim
sanguine
Argolica
obstipuer
ossa trem

Val. VI, 409.

Val. I, 72.

cf. VIII 516
Stat. Th. VIII, 574.

pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
dum stabat regno incolumis regumque vigeat
conciliis, et nos aliquod nomenque decusque
gessimus. invidia postquam pellacis Ulixi
(haud ignota loquor) superis concessit ab oris,
adfectus vitam in tenebris luctuque trahebam
et casum insontis mecum indignabar amici.
nec tacui demens et me, fors si qua tulisset,
si patrios umquam remeassem victor ad Argos,

90

95

hinc mihi prima mali labes; hinc semper Ulixes
criminibus terrere novis, hinc spargere voces
in vulgum ambiguas et quaerere consciis arma.
nec requievit enim, donec Calchante ministro —
sed quid ego haec autem nequiquam ingrata revolve?
quidve moror? si omnis uno ordine habetis Achivos
idque audire sat est, iamdudum sumite poenas;
hoc Ithacus velit et magno mercentur Atridae.

male h. interpretatur
consciis arma.

100

Tum vero ardemus scitari et quaerere causas
ignari scelerum tantorum artisque Pelasgae.
prosequitur pavitans et ficto pectore fatur:
"saepe fugam Danaï Troia cupiere relicta
moliri et longo fessi discedere bello
(fecissentque utinam!), saepe illos aspera ponti
interclusit hiems et terruit Auster euntis.
praecipue, cum iam hic trabibus contextus acernis
staret equus, toto sonuerunt aethere nimbi.
suspensi Eurypyllum scitantem oracula Phoebī
mitimus, isque adytis haec tristia dicta reportat:

105

110

"sanguine placastis ventos et virgine caesa,
cum primum Iliacas, Danaï, venistis ad oras;
sanguine quaerendi reditus animaque litandum
Argolica." volgi quae vox ut venit ad auris,
obstupere animi gelidusque per ima cucurrit
ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.

115
cf. V. X, 28.

cf. VI, 54. XII, 442. 20. N. p. 38.
II q. 130.

Stat. Th. VII, 100.

cf. X, 176 cui procedunt fibrae ... parent

87 firmis prop. Kl. huc misit] comm. vel perm. Kv. 1881, 6.
88 regum] -um V regnum Pa¹b¹; cf. Henry II 76. 90 fallacis Py¹a¹
b²m¹x -llacis V 99 et . . arma damn. Peerlk. ansam coni. Weidn.
102 s. moror, si . . est? Wagn. Ribb.; sed cf. Vahlen, Ind. aest. Berol.
1880, 4. 105 casus P¹ Ribb. 107 persequitur Kv. 1881, 7. 114
scitantum M¹ scitatum M² y² a² b² c¹ gramm. cf. Serv. 117 damn. Gebh.
121 paret Madv. 34 ut quidam vir doct. (Misc. crit. II 86) a Burm. laud.

ordo eadem: Stat. Th. X, 662

At. certe ordo est: quem poscat Apollo, cui fata parent

II, 88 cf. X, 176. [de ordine cf. II, 502]. VII, 554. VI, 1198

Stat. Th. I, 213 et vocem fata requiritur

fata = mortem cf. Stat. Th. XII, 507. Ov. an. VI, 642.

Val. VI, 409.
VII, 513
Stat. Th. VII, 100

60
N. 220.

65

N. 436

possunt

70

cf. III, 608.

75

fatebor

80

Stat. Th. VII, 100.

Kern BphW.

III prol. 28.

Peerlk.

ibb. memor

cta . . vera

353.

ditum; secl.

que Py¹c¹m

hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
 protrahit in medios; quae sint ea numina divom,
 flagitat. et mihi iam multi crudele canebant
 artificis scelus et taciti ventura videbant.
 bis quinos silet ille dies tectusque recusat
 prodere voce sua quemquam aut opponere morti.

vix tandem, magnis Ithaci clamoribus actus
 composito rumpit vocem et me destinat arae.

adsensere omnes et, quae sibi quisque timebat,
 unius in miseri exitium conversa tulere.

iamque dies infanda aderat, mihi sacra parari
 et salsae fruges et circum tempora vitae:

eripui, fateor, leto me et vincula rupi
 limosoque lacu per noctem obscurus in ulva

delitui, dum vela darent, si forte, dedissent.
 nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi

nec dulcis natos exoptatumque parentem;

quos illi fors et poenas ob nostra reposcent

effugia et culpam hanc miserorum morte piabunt.

quod te per superos et conscia numina veri,
 per, si qua est, quae restet adhuc mortalibus usquam

intemerata fides, oro, miserere laborum

tantum, miserere animi non digna ferentis.

His lacrimis vitam damus et miserescimus ultro.

ipse viro primus manicas atque arta levare

vincla iubet Priamus dictisque ita fatur amicis:

'quisquis es (amissos hinc iam obliviscere Graios),

noster eris: mihi que haec edisserere vera rogati.

quo molem hanc immanis equi statuere? quis auctor?

quidve petunt? quae religio? aut quae machina belli?'

dixerat. ille dolis instructus et arte Pelasga

sustulit exutas vinclis ad sidera palmas:

'vos, aeterni ignes, et non violabile vestrum

testor numen,' ait 'vos, arae ensesque nefandi,

quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi:

fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura,

fas odisse viros atque omnia ferre sub auras,

130 timebant $\gamma^1 a^1 c^1$, cf. Serv. pl. — P 136 darent si forte
 distinctione comprehend. Heyne, sed cf. JB. 1885, 264. 138 duplicis
 P¹, cf. Serv. pl.; Ribb. 142 restat M¹ b¹ umquam M¹ 148 s.
 non post Graios, sed post eris fortiter distinguendum esse doc. Vahlen
 Herm. 1882, 270. 151 damn. Gebh.

125. *Seneca, atq. 983 scelus infandi artifex*

" *Med. 732 scelus artificis*

" *Tr. 740 scelum artificum (= Ulives)*

ad Tacit. cf. Ag. 635 (Seneca)

246 ff, 573
 Seneca

*Sen. Thaed. 555
 canere quifasij
 XI
 125
 An. nat. I, 932
 Tacit. u. general. dicit. I, 16*

si qua tegu
 tu modo pr
 Troia fidem
 Omu
 Palladis au
 Tydides sed
 fatale adgre
 Palladium
 corripuere
 virgineas au
 ex illo fluen
 spes Danau
 nec dubiis
 vix positum
 luminibus f
 sudor iit te
 emicuit par
 extemplo te
 nec posse
 omnia ni r
 quod pelag
 et num
 arma de
 improvis
 hanc pr
 effigiem
 hanc tame
 roboribus
 ne recipi
 neu popul
 nam si ves
 tum magn
 convertat
 sin manib
 ultro Asian
 173 co
 123. subita
 schol. Ver. 8
 Theol. Verg
 182 ita
 Bähr. 1885
 P. Ma. b. ex

si qua tegunt; teneor patriae nec legibus ullis.
tu modo promissis maneat servataque serves 160
Troia fidem, si vera feram, si magna rependam.

Omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxilii semper stetit. impius ex quo
Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes
fatale adgressi sacrato avellere templo 165

Palladium caesis summae custodibus arcis
corripuere sacram effigiem manibusque cruentis
virgineas ausi divae contingere vittas,
ex illo fluere ac retro sublapsa referri
spes Danaum, fractae vires, aversa deae mens. *N. 429.* 170
nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.

vix positum castris simulacrum: arsere coruscae
luminibus flammae arrectis salsusque per artus
sudor iit terque ipsa solo (mirabile dictu)
emicuit parmamque ferens hastamque trementem.

extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas
nec posse Argolicis excindi Pergama telis, *175*
omina ni repetant Argis numenque reducant, *d. 324. u. 320.*
quod pelago et curvis secum avexere carinis. *16, 12. 293*
407 X, 67.

et nunc quod patrias vento petiere Mycenae, 180
arma deosque parant comites pelagoque remenso
improvisi aderunt: ita digerit omnia Calchas.
hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso
effigiem statuere, nefas quae triste piaret. *X*

hanc tamen immensam Calchas attollere molem 185
roboribus textis caeloque educere iussit,
ne recipi portis aut duci in moenia posset
neu populum antiqua sub religione tueri.

nam si vestra manus violasset dona Minervae,
tum magnum exitium (quod di prius omen in ipsum 190
convertant!) Priami imperio Phrygibusque futurum;
sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem,
185
ultra Asiam magno Pelopea ad moenia bello

173 *caldusque* Kv. 1878, 175. *laesosque* O. Treuber KW. 1880,
123. *subitusque* Heidtm. 1882, 26; sed *salsus* videtur deberi Ennio, cf.
schol. Verg. 86, 18. 179 *advocare* z Lad. *versum deleri* iussit Dietsch
Theol. Verg. 7, post 183 transponi Büchner GPr. Schwerin 1866, 12.
182 *ita* . . *Calchas* damn. Hansel GPr. Sagan 1867. 183 *hanc* hic
Bähr. 1885, 390. 184 *nefas* . . *piaret* in susp. voc. Kl. 187 *possit*
FMA²b¹c⁷

venturam et nostros ea fata manere nepotes.

Talibus insidiis periurique arte Sinonis
credita res, captique dolis lacrimisque coactis,
quos neque Tydides nec Larisaeus Achilles,
non anni domuere decem, non mille carinae.

Hic aliud maius miseris multoque tremendum
obicitur magis atque improvida pectora turbat.

Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras.

ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(horresco referens) immensis orbibus angues

incumbunt pelago pariterque ad litora tendunt.

pectora quorum inter fluctus arrecta iubaque
sanguineae superant undas, pars cetera pontum
pone legit sinuatque immensa volumine terga.

fit sonitus spumante salo; iamque arva tenebant
ardentisque oculos suffecti sanguine et igni
sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

diffugimus visu exsanguis. illi agmine certo

Laocoonta petunt. et primum parva duorum

corpora natorum serpens amplexus uterque

implicat et miseros morsu depascitur artus,

post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem

corripiunt spirisque ligant ingentibus; et iam

bis medium amplexi, bis collo squamea circum

terga dati superant capite et cervicibus altis.

ille simul manibus tendit divellere nodos

perfusus sanie vittas atroque veneno,

clamores simul horrendos ad sidera tollit,

qualis mugitus, fugit cum saucius aram

taurus et incertam excussit cervice securim.

at gemini lapsu delubra ad summa dracones

diffugiunt saevaeque petunt Tritonidis arcem

sub pedibusque deae clipeique sub orbe teguntur.

Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis

insinuat pavor, et scelus expendisse merentem

Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur

laeserit et tergo sceleratam intorserit hastam.

ducendum ad sedes simulacrum orandaque divae

numina conclamant.

226 *effugiunt* libri pr. M et Hamb. II. 230 *fremunt* cod. Daventr.

of. O. a. w. 195

Hor. Epod. 16. Pan. Tro.

i. O. r. m. III. 534

im. Flav. Arg.

208

N. 372.

of. Stat. Silv. 60.

dividimus
accingunt
subiciunt
intendunt
feta arma
sacra canu
illa subit
o patria, o
moenia Dar
substitit atq
instamus tar
et monstrum
tunc etiam
ora dei iuss
nos delubra
ille dies, fes
Vertut
involvens ur
Myrmidonum
conticere;
et iam Argi
a Tenedo t
hora nota
retulerat, f
inclusos ut
laxat claus
reddit equ
Thessandrus
demissum la
Pelidesque
et Menelaus
invadunt ur
caeduntur v
accipiunt so
Tempu
incipit et d
in somnis,
visus adesse
235 om
puppis Fr. Sc
puppis) turri
1855, 392.

195 *195*
 dividimus / muros / et moenia pandimus urbis. } *N. 111.*
 accingunt / omnes / operi pedibusque rotarum } 235
 subiciunt / lapsus let stuppea vincula collo
 intendunt: scandit / fatalis machina muros
 feta armis. } pueri / circum innuptaeque puellae
 sacra canunt / funemque manu contingere gaudent:
 illa subit / mediaeque minans inlabitur urbi. } 240
 o patria, o divom domus Ilium et incluta bello
 moenia Dardanidum! quater ipso in limine bello
 substitit atque utero sonitum quater arma dedere:
 instamus tamen immemores caecique furore
 et monstrum infelix sacrata sistimus arce. } 245
 tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
 ora dei iussu non umquam credita Teucris:
 nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
 ille dies, festa velamus fronde per urbem.

Vertitur interea caelum et ruit Oceano nox } *N. 430.* 250
 involvens umbra magna terramque polumque
 Myrmidonumque dolos; fusi per moenia Teucri
 conticuere; sopor fessos complectitur artus.
 et iam Argiva phalanx instructis navibus ibat
 a Tenedo tacitae per amica silentia lunae } 255
 litora nota petens, flammam cum regia puppis
 extulerat, fatisque deum defensum iniquis } *Thucydidi Iam vicij*
 inclusos utero Danaos et pinea furtim } *de Argivis. 412.*
 laxat claustra Sinon. illos patefactus ad auras
 reddit equus, laetique cavo se robore promunt } 260
 Thessandrus Sthenelusque duces et dirus Ulixes
 demissum lapsi per funem, Acamasque Thoasque } *N. 252.*
 Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon
 et Menelaus et ipse doli fabricator Epeos.
 invadunt urbem somno vinoque sepultam, } *Ennium N. 238.* 265
 caeduntur vigiles, portisque patentibus omnis
 accipiunt socios atque agmina conscia iungunt.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
 incipit et dono divom gratissima serpit:
 in somnis, ecce, ante oculos maestissimus Hector } 270
 visus adesse mihi largosque effundere fletus

235 omnes se op. Mähly ZöG. 1887, 419. 256 flammans ..
 puppis Fr. Schöll, Acta Lips. 1876, 354. cum] iam Speijer.
 puppis] turris Bähr. 1885, 392. 258 s. et pinea .. illos damn. Bähr.
 1885, 392. 260 product π 263 posuit post 264 Kl. 1873, 23.

raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
pulvere perque pedes traiectus lora tumentis,
 (ei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli 275
 vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignis!)
 squalentem barbam et concretos sanguine crinis
 volneraque illa gerens, quae circum plurima muros
 accepit patrios. ultro flens ipse videbar
 compellare virum et maestas expromere voces:
 'o lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum, 280
 quae tantae tenere morae? quibus Hector ab oris
 exspectate venis? ut te post multa tuorum
 funera, post varios hominumque urbisque labores
 defessi aspiciamus! quae causa indigna serenos 285
 foedavit vultus? aut cur haec volnera cerno?'
 ille nihil, nec me quaerentem vana moratur,
 sed graviter gemitus imo de pectore ducens
 'heu fuge, nate dea, teque his' ait 'eripe flammis.
 hostis habet muros, ruit alta a culmine Troia. 290
 sat patriae Priamoque datum; si Pergama dextra
 defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
 sacra suosque tibi commendat Troia penatis;
 hos cape fatorum comites, his moenia quaere,
 magna pererrato statues quae denique ponto.' 295
 sic ait et manibus vittas Vestamque potentem
 aeternūque adytis effert penetralibus ignem.
 Diverso interea miscentur moenia luctu
 et magis atque magis, quamquam secreta parentis
Anchisae domus arboribusque oblecta recessit, 300
 clarescunt sonitus armorumque ingruit horror.
 excutior somno et summi fastigia tecti
 ascensu supero atque arrectis auribus adsto:
 in segetem veluti cum flamma furentibus austris
 incidit, aut rapidus montano flumine torrens 305
 sternit agros, sternit sata laeta boumque labores
 praecipitisque trahit silvas; stupet inscius alto
 accipiens sonitum saxi de vertice pastor. . .

272/3 secl. Kl. ZöG. 1876, 886. 274/6 in parenth. pos. Gofs.,
 Ribb. Lad. alii non item. 290 *alta con.* Orville, cf. Serv. pl. et
 Wagn. LV. 72. *alto libri*, Ribb. 292 *dextra hac* Heidtm.
 305 *gurgile* Serv. I 566. 306 *bovumque* Fc *bovomque* Ribb.
hominumque π 307 *anxius* Bähr. 1885, 394.

épodes en d'avor

tom vero
 insidiae.
 Volcano s
 Ucalegon:
 exoritur
 arma amen
 sed glomen
 cum sociis
 praecipitan
 Ecce
 Pantbus O
 sacra manu
 ipse trahit
 quo res st
 vix ea fatu
 venit sum
 Dardaniae.
 gloria Teu
 transtulit;
 arduus arm
 fundit equ
 insultans.
 milia quot
 obsedere
 oppositi
 stricta,
 portarun
 talibus Oth
 in flammis
 quo fremitu
 addunt se s
 Epytus obl
 et lateri ad
 Mygdonides
 venerat ins
 et gener au
 infelix, qui
 audierit.
 311 Fo
 qua Burm. et
 139. inquam
 Bars. JB. 187

III, 375

tum vero manifesta fides Danaumque patescunt
insidiae. iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Volcano superante domus, iam proximus ardet
Ucalegon; Sigea igni freta lata relucent.
exoritur clamorque virum clangorque tubarum. *N. 408, 1. 180.*
arma aeneas capio, nec sat rationis in armis;
sed glomerare manum bello et concurrere in arcem 315
cum sociis ardent animi: furor iraque mentem
praecipitant pulchrumque mori succurrit in armis.

Ecce autem telis Panthus elapsus Achivom,
Panthus Othryades, arcis Phoebique sacerdos,
sacra manu victosque deos parvumque nepotem 320
ipse trahit cursuque amens ad limina tendit.

quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?
vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddid:
'venit summa dies et ineluctabile tempus *N. 120.*
Dardaniae. fuius Troes, fuit Ilium et ingens
gloria Teucrorum; ferus omnia Iuppiter Argos 325
transtulit; incensa Danai dominantur in urbe.

arduus armatos mediis in moenibus adstans
fundit equus victorque Sinon incendia miscet
insultans. portis alii bipatientibus adsunt, 330
milia quot magnis umquam venere Mycenis.

obsedere alii telis angusta viarum
oppositis; stat ferri acies mucrone corusco
stricta, parata neci; vix primi proelia temptant *cf. III, 240.*
portarum vigiles et caeco Marte resistunt. 335

talibus Othryadae dictis et numine divom
in flammis et in arma feror, quo tristis Erinys,
quo fremitus vocat et sublatus ad aethera clamor.
addunt se socios Rhipeus et maximus armis
Epytus oblati per lunam Hypanisque Dymasque 340
et lateri adglomerant nostro iuvenisque Coroebus

Mygdonides. illis ad Troiam forte diebus
venerat insano Cassandrae incensus amore
et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat,
infelix, qui non sponsae praecepta furentis 345
audierit.

311 *Volcanesuperante* P · sup. a, inde *ecsup.* Ribb. 322 *quam*
qua Burm. et Schenkl ZöG. 1870, 386. *quin* Peerlk. et Meiser JJ. 1874,
139. *inquam* Kv. 1878, 180. 331 *damn.* Bros. 332 *alii*] *arti* Bähr.
Burs. JB. 1879 II 141. *illi* Kl., postquam 1879, 5 vers. *damn.* 333 *op-*

quos ubi confertos audere in proelia vidi,
 incipio super his: 'iuvenes, fortissima frustra
 pectora, si vobis audendi extrema cupido
 certa sedet (quae sit rebus fortuna, videtis: 350
 excessere omnes adytis arisque relictis
 di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
incensae), moriamur et in media arma ruamus!
 una salus victis nullam sperare salutem.'
 sic animis iuvenum furor additus. inde, lupi ceu *N. 429.* 355
 raptores atra in nebula, quos improba ventris
 exegit caecos rabies catulique relictis
 faucibus exspectant siccis, per tela, per hostis *q. 527. v. 664.*
 vadimus haud dubiam in mortem mediaeque tenemus
 urbis iter; Nox atra cava circumvolat umbra. *Sibi eam serv.* 360
 quis cladem illius noctis, quis funera fando
 explicet aut possit lacrimis aequare labores?
 urbs antiqua ruit multos dominata per annos;
 plurima perque vias sternuntur inertia passim
 corpora perque domos et religiosa deorum 365
 limina. nec soli poenas dant sanguine Teucris;
 quondam etiam victis redit in praecordia virtus
 victoresque cadunt Danaï. crudelis ubique
 luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.
 Primus se Danaum magna comitante caterva 370
 Androgeos offert nobis socia agmina credens
 inscius atque ultro verbis compellat amicis:
 'festinate, viri. nam quae tam sera moratur
 segnitias? alii rapiunt incensa feruntque
 Pergama: vos celsis nunc primum a navibus itis?' 375
 dixit et extemplo (neque enim responsa dabantur
 fida satis) sensit medios delapsus in hostis.
 obstipuit retroque pedem cum voce repressit.
 improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
 pressit humi nitens trepidusque repente refugit 380
 attollentem iras et caerulea colla tumentem,
 haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.
 inruimus densis et circumfundimur armis
 ignarosque loci passim et formidine captos

positi b Ribb. Lad. — P. 349 *auden-* P *audenti* comm. Serv. *auden-*
tem $\gamma^2 a^2 bc^2 \pi^2$ Serv. Ribb. 350 *sedet* Bähr. 1885, 396; idem quod *si*
 349 in *ni* mutari iubet, errat. *sequi* libri, Ribb. Lad. 359 *dubii* Heidtm.
 360 *Nox* Bähr. 1885, 396. *Nox* .. *umbra* secl. cum alii tum Gofsr.

377. *Yostoran* interpretatiōnem mutare vult, fallit
Progs. Buchst. 4

sternimus
 atque hic
 'o socii.
 monstr
 motemus
 aplemus.
 arma dab
 Androgei
 induitur
 hoc Rhip
 laeta faci
 vadimus i
 multa que
 conserim
 diffugiunt
 fida petu
 scandunt

Heu
 ecce trah
 crimibus
 ad caelum
 lumina
 non tulit
 et sese
 consequi
 hic prim
 nostrorum
 armorum
 tam Dana
 undique
 et gemini
 adversi ru
 configit
 Eurus eg
 spumeus
 illi etiam
 fudimus i
 apparent

386
 mine? in
 prop. Gütth
 422 Priam
 Vergiliu

sternimus. adspirat primo fortuna labori. 385

atque hic successu exsultans animisque Coroebus

'o socii, qua prima' inquit 'fortuna salutis

monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur;

mutemus clipeos Danaumque insignia nobis

aptemus. dolus an virtus, quis in hoste requirat? 390

arma dabunt ipsi.' sic fatus deinde comantem

Androgei galeam clipeique insigne decorum

induitur laterique Argivum accommodat ensem.

hoc Rhipeus, hoc ipse Dymas omnisque iuventum

laeta facit; spoliis se quisque recentibus armat. 395

vadimus immixti Danais haud numine nostro

multaque per caecam congressi proelia noctem

conserimus, multos Danaum demittimus Orco.

diffugiunt alii ad navis et litora cursu

fida petunt; pars ingentem formidine turpi 400

scandunt rursus equum et nota conduntur in alvo.

Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis!

ecce trahebatur passis Priameia virgo

crinibus a templo Cassandra adytisque Minervae

ad caelum tendens ardentia lumina frustra,

lumina, nam teneras arcebant vincula palmas. 405

non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus

et sese medium iniecit periturus in agmen.

consequimur cuncti et densis incurrimus armis.

hic primum ex alto delubri culmine telis 410

nostrorum obruimur oriturque miserrima caedes

armorum facie et Graiarum errore iubarum.

q. x tum Danai gemitu atque ereptae virginis ira x

undique collecti invadunt, acerrimus Aiax

et gemini Atridae Dolopumque exercitus omnis;

adversi rupto ceu quondam turbine venti

confligunt, Zephyrusque Notusque et laetus Eois

Eurus equis; stridunt silvae saevitque tridenti

spumeus atque imo Nereus ciet aequora fundo.

illi etiam, si quos obscura nocte per umbram 420

fudimus insidiis totaque agitavimus urbe,

K-1 apparent; primi clipeos mentitaque tela

386 armisque Mähly Z6G. 1887, 419. 396 nomine γ'α' mine?

indumine falso (del. haud) Dietsch Theol. V. 9. h. num. dextro

prop. Güthl. 420/3 post 412 collocari iubet L. Müller RhM. 1876, 305.

422 Priami P Ribb.

Vergilius.

3

Serv. auden-
idem quod si
dubii Heidm.
tum Golsr.

cult, falk

350

N. 429. 355

27 = 664

18

27 = 664

960

365

370

375

X, 355; 91.

380

1. 11, 481.

q. V, 232. Anal. C. met. 1762
q. 688. Or. met. 1761
q. 441. Tr. VII, 312

comp. VII, 75.
Val. Fl. III, 646.

40 39, 37

- adgnosunt atque ora sono discordia signant.
 ilicet obruimur numero; primusque Coroebus
 Penelei dextra divae armipotentis ad aram 425
 procumbit; cadit et Rhipheus, iustissimus unus
 qui fuit in Teucris et servantissimus aequi
 (dis aliter visum); pereunt Hypanisque Dymasque
 confixi a sociis; nec te tua plurima, Panthu,
 labentem pietas nec Apollinis infula texit. 430
 Iliaci cineres et flamma extrema meorum,
 testor in occasu vestro nec tela nec ulla
 vitavisse vices, Danaum et, si fata fuissent,
 ut caderem meruisse manu. divellimur inde;
 Iphitus et Pelias mecum (quorum Iphitus aevo 435
 iam gravior, Pelias et vulnere tardus Ulixi)
 protinus ad sedes Priami clamore vocati.
 hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam
 bella forent, nulli tota morentur in urbe,
 sic Martem indomitum Danaosque ad tecta ruentis 440
 cernimus obsessumque acta testudine limen.
 + haerent parietibus scalae postisque sub ipsos
nituntur gradibus clipeosque ad tela sinistris
protecti obiciunt, prensant fastigia dextris.
 Dardanidae contra turris ac tota domorum 445
 culmina convellunt: his se, quando ultima cernunt,
 extrema iam in morte parant defendere telis
 auratasque trabes, veterum decora alta parentum,
 devolvunt; alii strictis mucronibus imas
 obsedere fores, has servant agmine denso. 450
 instaurati animi regis succurrere tectis
 auxilioque levare viros vimque addere victis.
 Limen erat caecaeque fores et pervius usus
 tectorum inter se Priami, postesque relictis
 a tergo, infelix qua se, dum regna manebant, 455
 saepius Andromache ferre incommitata solebat
 ad soceros et avo puerum Astyanacta trahebat.
 evado ad summi fastigia culminis, unde
 tela manu miseri iactabant inrita Teucri.
 turrim in praecipiti stantem summisque sub astra 460

433 post *Danaum*, non ante dist. Peerlk.
 FMP²γ²bc Serv. Lad. 448 illa F¹Pγ¹?a¹ Ribb.
 tergo damn. Kl. 1879, 5.

445 *tuta a tecta*
 454/5 *inter se . . a*

Id. N. p. 145.

eductam
 et Dana
 adgressi
 junctur
 sedibus
 cum son
 incidit.
 telorum
 Vest
 exsultat
 qualis ul
 frigida s
 nunc po
 lubrica
 arduus a
 una inge
 armiger
 succedun
 ipse inte
 limina p
 aeratos;
 robora
 appare
 armatos
 at dom
 miscetur
 femineis
 tum pav
 amplexa
 instat vi
 custodes
 ianua
 fit via
 immissi
 non sic
 exit op
 fertur

46
 471 lae
 fuisse p

γ¹ 45

eductam tectis, unde omnis Troia videri
 et Danaum solitae naves et Achaica castra,
 425 adgressi ferro circum, qua summa labantis
 iuncturas tabulata dabant, convellimus altis
 sedibus impulimusque: ea lapsa repente ruinam 465
 cum sonitu trahit et Danaum super agmina late
 incidit. ast alii subeunt, nec saxa nec ullum
 430 telorum interea cessat genus.

Vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrhus
 exsultat telis et luce coruscus aëna; 470
 qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,
 frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
 435 nunc positis novus exuviis nitidusque iuventa
 lubrica convolvit sublato pectore terga
 arduus ad solem et linguis micat ore trisulcis. 475
 una ingens Periphas et equorum agitator Achilles,
 armiger Automedon, una omnis Scyria pubes
 succedunt tecto et flammam ad culmina iactant.
 440 ipse inter primos correpta dura bipenni
 limina perrumpit postisque a cardine vellit
 aeratos; iamque excisa trabe firma cavavit 480
 roboram et ingentem lato dedit ore fenestram:
 apparet domus intus et atria longa patescunt, N. 425.
 445 apparent Priami et veterum penetralia regum
 armatosque vident stantis in limine primo. 485
 at domus interior gemitu miseroque tumultu
 miscetur penitusque cavæ plangoribus aedes
 450 femineis ululant; ferit aurea sidera clamor.
 tum pavidæ tectis matres ingentibus errant
 amplexæque tenent postis atque oscula figunt. 490
 instat vi patria Pyrrhus, nec claustra neque ipsi
 custodes sufferre valent: labat ariete crebro
 455 ianua et emoti procumbunt cardine postes.
 fit via vi; rumpunt aditus primosque trucidant
 immissi Danaï et late loca milite complent. 495
 non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis
 exit oppositasque evicit gurgite moles,
 460 fertur in arva furens cumulo camposque per omnis

462 Achaia Fc¹/₂ Lad. 465 ea lapsa] elapsa P¹yab¹? Ribb.

471 lucis Schrad. luco Peerlk. 497 exiit libri praeter c (exiit
 fuisse potest in a¹π¹); cf. Lachm. Lucr. 209.

3*

485. si penetralia subire esse ad vident

contendit Gatacher, Zivier. Stud. XXI, 1 2169 aber ungl. 1877.

cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furem
 caede Neoptolemum geminosque in limine Atridas, 500
 vidi Hecubam centumque nurus Priamumque per aras / M. 275.
 sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignis.
 quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
 barbarico postes auro spoliisque superbi
 procubuere; tenent Danaï, qua deficit ignis.

Forsitan et, Priami fuerint quae fata, requiras. W. 505
 456.
 urbis uti captae casum convolsaque vidit
 limina tectorum et medium in penetralibus hostem,
 arma diu senior desueta trementibus aevo
 circumdat nequiquam umeris et inutile ferrum 510
 cingitur ac densos fertur moriturus in hostis.
 aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe
 ingens ara fuit iuxtaque veterrima laurus
 incumbens arae atque umbra complexa penatis:
 hic Hecuba et natae nequiquam altaria circum, 515
 praecipites atra ceu tempestate columbae,
 condensae et divom amplexae simulacra sedebant.
 ipsum autem sumptis Priamum iuvenalibus armis
 ut vidit, 'quae mens tam dira, miserime coniunx,
 impulit his cingi telis? aut quo ruis?' inquit. 520
 'non tali auxilio nec defensoribus istis
 tempus eget, non, si ipse meus nunc adforet Hector.
 huc tandem concede: haec ara tuebitur omnis,
 aut moriere simul.' sic ore effata recepit
 ad sese et sacra longaevum in sede locavit. 525

Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites,
 unus natorum Priami, per tela, per hostis
 porticibus longis fugit et vacua atria lustrat
 saucius. illum ardens infesto volnere Pyrrhus
 insequitur, iam iamque manu tenet et premit hasta. 530
 ut tandem ante oculos evasit et ora parentum,
 concidit ac multo vitam cum sanguine fudit.
 hic Priamus, quamquam in media iam morte tenetur,
 non tamen abstinuit nec voci iraeque pepercit:
 'at tibi pro scelere', exclamat 'pro talibus ausis 535
 di, si qua est caelo pietas, quae talia curet,
 persolvant grates dignas et praemia reddant

503 tanta] am- P ampla γ¹ Ribb. 508 mediis P²γ¹c; cf.
 Serv. 516 ancipites Heidtm.

debita, qui
 fecisti et patris
 et non ille, son
 tibus in hoste
 supplicis erui
 reddidi Hecubae
 sic fati senio
 conieci, rano
 ex summo clipe
 cui Pyrrhus: r
 Pelidae genitor
 degeneremque
 anae morere.
 traxit et in m
 implicuitque co
 exultat ac later
 haec finis Pri
 sorte tulit Tro
 Pergama, tot
 regnatorem A
 avolsunq
 At me
 obstipui; sub
 ut regem ae
 vitam exhal
 et direpta d
 respicio et,
 deseruere om
 ad terram m
 lamque
 servantem et
 Trudaria asp
 erranti pass
 illa sibi infes
 et poenas Da

546 est
 laenam P Ribb
 Gell. disting
 versus 567
 Servii, qui a T
 fuerunt. ex
 Baup, Thilo

debita, qui nati coram me cernere letum
fecisti et patrios foedasti funere voltus. 540

at non ille, satum quo te mentiris, Achilles
talís in hoste fuit Priamo, sed iura fidemque
supplicis erubuit corpusque exsanguē sepulcro
reddidit Hectoreum meque in mea regna remisit.⁷

sic fatus senior telumque imbellē sine ictu
coniecit, rauco quod protinus aere repulsum 545

ex summo clipei nequiquam umbone pependit.
cui Pyrrhus: referes ergo haec et nuntius ibis
Pelidae genitori, illi mea tristia facta

degeneremque Neoptolemum narrare memento;
nunc morere.' hoc dicens altaria ad ipsa trementem 550/224

traxit et in multo lapsantem sanguine nati
implicuitque comam laeva dextraque coruscum

extulit ac lateri capulo tenus abdidit ensem. N. 227.

haec finis Priami, fatorum hic exitus illum
sorte tulit Troiam incensam et prolapsa videntem 555

Pergama, tot quondam populis terrisque superbum
regnatorem Asiae. iacet ingens litore truncus, *in Sen. Tro. 141.*

avolsimque umeris caput et sine nomine corpus.
At me tum primum saevus circumstetit horror. 560

obstupui; subiit cari genitoris imago,
ut regem aequaeuum crudeli vulnere vidi

vitam exhalantem; subiit deserta Creusa
et direpta domus et parvi casus Iuli.

respicio et, quae sit me circum copia, lustrō:
deseruere omnes defessi et corpora saltu 565

ad terram misere aut ignibus aegra dedere.
Iamque adeo super unus eram, cum limina Vestae

servantem et tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio; dant clara incendia lucem

erranti passimque oculos per cuncta ferenti. 570
illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros
et poenas Danaum et deserti coniugis iras

546 ea] et libri e cod. Vratisl. ec Ribb. 552 coma Py¹ Ribb.
laevam P Ribb. 554 hic] hac Heins. 555 sors tulit inc. Tr.
Gebh. distinguens ante illum. 557 limine Mähly ZöG. 1887, 416.
versus 567/88 non exhibent libri, nisi si qui recentissimi ex praefatione
Servii, qui a Tucca et Vario eos detractos esse dicit, repetitos inse-
ruerunt. excluderunt eos Gruppe 173, Ribb. in ed. mai. (cf. Prol. 93),
Haupt, Thilo; Peerlk. vero 567/623 delendos censet. 569 claram Rbb.

praemetuens, Troiae et patriae communis Erinys,
 abdiderat sese atque aris invisā sedebat.
 exarsere ignes animo; subit ira cadentem
 ? ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas. *Handb. 36. 575*
 scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenae
 aspiciet partoque ibit regina triumpho
 coniugiumque domumque patres natosque videbit
 Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris: 580
 ? occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
 Dardanium totiens sudarit sanguine litus?
 non ita. namque etsi nullum memorabile nomen
 feminea in poena est, habet haec victoria laudem. *H. n. 443.*
 extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis } 585
 laudabor poenas animumque explesse iuvabit
 ultricis flammae et cineres satiassae meorum. }
 talia iactabam et furiata mente ferebar, *cf. 655.*
 cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
 obtulit et pura per noctem in luce refulsit *Stat. in V, 367, 590*
 alma parens confessa deam, qualisque videri
 caelicolis et quanta solet, dextraque prehensum
 continuit roseoque haec insuper addidit ore:
 'nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
 quid furis aut quonam nostri tibi cura recessit? 595
 non prius aspicias, ubi fessum aetate parentem
 liqueris Anchisen? superet coniunxne Creusa,
 Ascaniusque puer? quos omnis undique Graiae
 circum errant acies et, ni mea cura resistat,
 iam flammae tulerint inimicus et hauserit ensis. 600
 non tibi Tyndaridis facies invisā Lacaenae
 culpatusve Paris, divom inclementia, divom, +
 has evertit opes sternitque a culmine Troiam.
 aspice (namque omnem, quae nunc obducta tuenti
 mortalis hebetat visus tibi et umida circum 605
 caligat, nubem eripiam; tu ne qua parentis
 iussa time neu praecceptis parere recusa):

576 et sceleratae post Valesium Heyne. et celeratas G. Linker ap.
 Güthl. 1886, 11. ex scelerata Heidtm. et scelerata ex Häberlin PhA.
 1887, 601. 579 damn. Wagn., sed cf. Hom. I 140. 584 habet
 haec libri Serv., nec habet editores pr. Thilonem. 587 flammae edi
 solet, famae Serv. cod. Cass., famam cet., flammam R. Stephanus; ultoris
 fama prop. Thilo, ultricique manu cineres Fr. Schöll ap. Thil. in
 ed. Serv. *cf. 400 V. F. p. 41 A.*

hic, ubi disiectas moles avolsaque saxis
 saxa vides mixtoque undantem pulvere fumum,
 Neptunus muros magnoque emota tridenti
 fundamenta quatit totamque a sedibus urbem
 eruit. hic Iuno Scaeas saevissima portas
 prima tenet sociumque furens a navibus agmen
 ferro accincta vocat.
 iam summas arces Tritonia (respice) Pallas
 insedit nimbo effulgens et Gorgone saeva.
 ipse pater Danaïs animos virisque secundas
 sufficit, ipse deos in Dardana suscitât arma.
 eripe, nate, fugam finemque impone labori. *reponere fug. Val. V, 271.*
 nusquam abero et tutum patrio te limine sistam.
 dixerat et spissis noctis se condidit umbris.
 apparent dirae facies inimicaque Troiae
 numina magna deum.

Tum vero omne mihi visum considerare in ignis
 Ilium et ex imo verti Neptunia Troia;
 ac veluti summis antiquam in montibus ornum
 cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant
 eruere agricolae certatim; illa usque minatur
 et tremefacta comam concusso vertice nutat,
 vulneribus donec paulatim evicta supremum
 congemuit traxitque iugis avolsa ruinam. . . .
 descendendo ac ducente dea flammam inter et hostis
 expedior; dant tela locum flammaeque recedunt.

Atque ubi iam patriae perventum ad limina sedis
 antiquasque domos, genitor, quem tollere in altos
 optabam primum montis primumque petebam,
 abnegat excisa vitam producere Troia
 exsiliumque pati. 'vos o, quibus integer aevi
 sanguis' ait 'solidaeque suo stant robore vires,
 vos agitate fugam.

me si caelicolae voluissent ducere vitam,
 has mihi servassent sedes. satis una superque
 vidimus excidia et captae superavimus urbi.
 sic, o sic positum adfati discedite corpus.
 ipse manu mortem inveniam; miserebitur hostis

616 *limbo* Moret. II², Monac. 10719, Basil. A (Henry II 289), comm.
 Serv.; Lad. Ribb. 619 *i rape* Heins. *fuga* Leid., inde *te er., n.,*
fuga Heidtm. 632 *de^a. P deo* M²V², b¹c² Serv. Prob. 89, 6. schol.
 Ver. 95, 26. Macr. III 8, 1. Ribb. Lad. 645 *manens* Kv. 1881, 41. *ma-*

exuviasque petet. facilis iactura sepulcri.
iam pridem invisus divis et inutilis annos
demoror, ex quo me divom pater atque hominum rex
fulminis adflavit ventis et contigit igni.

Talia perstabat memorans fixusque manebat. 650
nos contra effusi lacrimis coniunxque Creusa *Con. accip. 11, 134*
Ascaniusque omnisque domus, ne vertere secum
cuncta pater fatoque urgenti incumbere vellet.
abnegat inceptoque et sedibus haeret in isdem.
rursus in arma feror mortemque miserrimus opto. 655
nam quod consilium aut quae iam fortuna dabatur?
‘mene efferre pedem, genitor, te posse relicto
sperasti tantumque nefas patrio excidit ore? *N. 444.*
si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui,
et sedet hoc animo perituraeque addere Troiae 660
teque tuosque iuvat: patet isti ianua leto,
iamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
gnatum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras. *N. 317*
hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignis
eripis, ut mediis hostem in penetralibus utque 665
Ascanium patremque meum iuxtaque Creusam
alterum in alterius maclatos sanguine cernam? *N. 444.*
arma, viri, ferte arma; vocat lux ultima victos.
reddite me Danais, sinite instaurata revisam
proelia. numquam omnes hodie moriemur inulti.’ *N. 26. 670*

Hinc ferro accingor rursus clipeoque sinistram
insertabam aptans meque extra tecta ferebam.
ecce autem complexa pedes in limine coniunx
haerebat parvumque patri tendebat Iulum:
‘si periturus abis, et nos rape in omnia tecum;
sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
hanc primum tutare domum. cui parvus Iulus,
cui pater et coniunx quondam tua dicta relinquer?’
Talia vociferans gemitu tectum omne replebat,
cum subitum dictoque oritur mirabile monstrum. 680
namque manus inter maestorumque ora parentum
ecce levis summo de vertice visus Iuli
fundere lumen apex tactuque innoxia mollis
lambere flamma comas et circum tempora pasci.

num morti coni. Kl. aut miserebitur prop. Wagn. 683 molli V,
si audimus Henry II 321.

nos pavidi tu
excitare et
at pater An
extulit et
Iuppiter
aspice nos
da deinde a
Vix ea
intonuit laev
stella facem
illam summa
cernimus Ida
signantemqu
dat lucem et
hic vero vic
adfatortue
iam iam nu
di patrii; s
vestrum hoc
ceelo equide
dixerat ille
auditur pro
ergo age,
ipse subib
quo res c
una salus
sit comes
vos, famul
est urbe e
desertae Co
religione p
hanc ex di
tu, genit
me bello e
attractare
ablucero.

690 si
ind. aest. B
libri.
mutavit Kl.
711 et lent
13. atque

nos pavidi trepidare metu crinemque flagrantem 685
 excutere et sanctos restinguere fontibus ignis.
 at pater Anchises oculos ad sidera laetus
 extulit et caelo palmas cum voce tetendit: *f. 111, 146.*
 'Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
 aspice nos (hoc tantum) et, si pietate meremur, 690
 da deinde augurium, pater, atque haec omina firma.'
 Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore
 intonuit laevum et de caelo lapsa per umbras
 685 stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
 illam summa super labentem culmina tecti 695
 cernimus Idaea claram se condere silva
 signantemque vias; tum longo limite sulcus
 dat lucem et late circum loca sulfure fumant.
 690 hic vero victus genitor se tollit ad auras
 adfaturque deos et sanctum sidus adorat: 700
 'iam iam nulla mora est: sequor et, qua ducitis, adsum,
 di patrii; servate domum, servate nepotem.
 vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troia est.
 665 cedo equidem nec, nate, tibi comes ire recuso.'
 dixerat ille; et iam per moenia clarior ignis 705
 auditur propiusque aestus incendia volvunt.
 'ergo age, care pater, cervici imponere nostrae;
 ipse subibo umeris nec me labor iste gravabit.
 670 quo res cumque cadent, unum et commune periculum,
 una salus ambobus erit. mihi parvus lulus 710
 sit comes et longe servet vestigia coniunx.
 vos, famuli, quae dicam, animis advertite vestris.
 675 est urbe egressis tumulus templumque vetustum
 desertae Cereris iuxtaque antiqua cupressus
 religione patrum multos servata per annos: 715
 hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
 tu, genitor, cape sacra manu patriosque penatis;
 me bello e tanto digressum et caede recenti
 680 attractare nefas, donec me flumine vivo
 abluero.' 720

690 sine parenth. ed.; post *nos* commate distingui vult Vahlen.
 Ind. aest. Berol. 1880, 9. 691 *augurium* Probus 14, 12 *auxilium*
 libri. 696 et 697 versuum initia *cern. Id. et sign. vias* inter se
 mutavit Kl. 1879, 6. 697 *dum* Wak. 699 *tollere* Py¹a¹ Ribb.
 711 *et lente* Brandt GPr. Bernburg 1876, 15. *haud longe* Güthl. 1877.
 13. *atque legens* Schenkl ZöG. 1870, 394. *a tergo* Bähr. 1885, 401.

haec fatus latosumeros subiectaque colla
 veste super fulvique insternor pelle leonis
 succedoque oneri; dextrae se parvus Iulus
 implicuit sequiturque patrem non passibus aequis;
 pone subit coniunx. ferimur per opaca locorum, 725
 et me, quem dudum non ulla iniecta movebant
 tela neque adverso glomerati ex agmine Grai,
 nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
 suspensum et pariter comitique onerique timentem.

Iamque propinquabam portis omnemque videbar 730
 evasisse viam, subito cum creber ad auris
 visus adesse pedum sonitus genitorque per umbram
 prospiciens 'nate', exclamat fuge, nate; propinquant.
 ardentis clipeos atque aera micantia cerno.

hic mihi nescio quod trepido male numen amicum 735
 confusam eripuit mentem. namque avia cursu
 dum sequor et nota excedo regione viarum,
 heu! (misero coniunx fatone erepta?) Creusa
 substitit (erravitne via seu lassa resedit?

incertum) nec post oculis est reddita nostris; 740
 nec prius amissam respexi animumque reflexi,
 quam tumultum antiquae Cereris sedemque sacratam
 venimus; hic demum collectis omnibus una
 defuit et comites natumque virumque fefellit.
 quem non incusavi amens hominumque deorumque? 745
 aut quid in eversa vidi crudelius urbe?

Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque penatis
 commendo sociis et curva valle recondo, 750
 ipse urbem repeto et cingor fulgentibus armis: N. 185.
 stat casus renovare omnis omnemque reverti

per Troiam et rursus caput obiectare periclis. 755
 principio muros obscuraque limina portae, r. 189.
 qua gressum extuleram, repeto et vestigia retro
 observata sequor per noctem et lumine lustror:
 horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent.
 inde domum, si forte pedem, si forte tulisset, 758
 me refero: inruerant Danai et tectum omne tenebant.
 ilicet ignis edax summa ad fastigia vento

727 *examine* Bähr. ib. 738 sine parenthesi *fato est* Peerlk.
 Lad. *fato mi* Ribb. *fato en* Häberlin PhA. 1887, 600. 741 *ve*
 a² Ribb. 749 *damn.* Peerlk. et Ribb.

volvitur, e
 procedo et
 et iam por
 custodes
 praedam ad
 incensis er
 crateresque
 congeritur.
 stant circu
 ausus quin
 implevi cla
 nequiquam
 quaerenti
 infelix sim
 visa mihi
 (obstipui s
 tum sic ac
 quid tantu
 o dulcis c
 eveniunt,
 fas aut ill
 longa tibi
 et terram
 inter opin
 illic res
 parta tibi
 non ego
 aspiciam a
 Dardanis
 sed me m
 iamque va
 haec ubi
 dicere d
 ter conat
 ter frustra
 par levibu
 sic demun

771 r
 damn. Ribb
 apportare
 L. Müller 3

volvitur, exsuperant flammae, furit aestus ad auras.
 procedo et Priami sedes arcemque reviso. 760
 et iam porticibus vacuis Iunonis asylo
 custodes lecti Phoenix et dirus Ulixes
 725 praedam adservabant. huc undique Troia gaza
 incensis erepta adytis mensaeque deorum
 crateresque auro solidi captivaque vestis 765
 congeritur. pueri et pavidae longo ordine matres
 stant circum.
 730 ausus quin etiam voces iactare per umbram
 implevi clamore vias maestusque Creusam
 nequiquam ingeminans iterumque iterumque vocavi. 770
 quaerenti et tectis urbis sine fine furenti
 735 infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusae
 visa mihi ante oculos et nota maior imago
 (obstupui steteruntque comae et vox faucibus haesit),
 tum sic adfari et curas his demere dictis: 775
 'quid tantum insano iuvat indulgere dolori, *N. 181.*
 o dulcis coniunx? non haec sine numine divom
 740 eveniunt, nec te comitem hinc portare Creusam
 fas aut ille sinit superi regnator Olympi.
 longa tibi exsilia et vastum maris aequor arandum. 780
 et terram|Hesperiam venies, ubi Lydius arva
 inter opima virum leni fluit agmine Thybris:
 745 illic res laetae regnumque et regia coniunx
 parta tibi; lacrimas dilectae pelle Creusae.
 non ego Myrmidonum sedes Dolopumve superbas 785
 aspiciam aut Graiis servitum matribus ibo,
 Dardanis et divae Veneris nurus;
 750 sed me magna deum genetrix his detinet oris.
 iamque vale et nati serva communis amorem.
 haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa volentem 790
 dicere deseruit tenuisque recessit in auras. *cf. 126. 54.*
 [ter conatus ibi collo dare brachia circum,
 755 ter frustra compressa manus effugit imago
 par levibus ventis volucrique simillima somno.]
 sic demum socios consumpta nocte reviso. 795

771 *ruenti* Py¹c Ribb. 775 (= III 153. VIII 35; cf. Serv. pl.)
 damn. Ribb. 778 *comitem hinc asportare* Py¹ac²m *hinc comitem*
asportare b² Mentel. II, cf. Serv.; Ribb. 792/4 (= VI 700/2) damn.
 L. Müller 370 et Albr. 420, 792/3 Weidn.

Atque hic ingentem comitum adfluxisse novorum
 inuenio admirans numerum, matresque virosque,
 collectam exsilio pubem, miserabile volgus.
 undique convenere animis opibusque parati,
 in quascumque velim pelago deducere terras. 800
 iamque iugis summae surgebat Lucifer Idae
 ducebatque diem Danaïque obsessa tenebant
 limina portarum, nec spes opis ulla dabatur:
 cessi et sublato montis genitore petivi.

Troiani deli
 in Thracia urb
 Deli ab Apoll
 Cretam arbitra

In Strophades
 Iustro ad Act
 Heleni regis
 amice dimis

Italiam cum
 sinum Tarenti
 ubi deserta
 quem simul
 Pachynoque
 inde ad Li

* Postqu
 immeritam
 illum et on
 diversa exsil
 auguriis agin
 Antandro et
 incerti, quo
 contrahimusq
 et pater Ance
 lora cum pa
 et campos, ul
 com sociis nat
 Terra pro
 Thraces arant
 hospitium ant
 dum fortuna fu

A desertis